unus.§.ꝙ in ſpē.de nata.reſti.per uiam legitimatōis
unde ſepe uidemus ꝙ ꝑnceps reſtituit filiū ad ſucceſſio
nem alteri agnato queſitam.tū indubio hoc non uī uelle
de reſcriptis.ꝗuis.li.vi.de lib.⁊ po.l.gallus. §.⁊ quid ſi
tm̄.in glo. Secūdo opponit̄ actus agētium non dꝫ ul
tra eorū ꝓpoſitum opari.j.ſi cer.pe.l.non oīs ꝺ re.iur̄.
neratius.ſꝫ hic non fuit uotū ⁊ animus dandi libertatis
.C.ꝺ dona.nec ignorans.ſo.ymo pſumptio hui⁹.l.ſꝫ ia.
hītr.uel dic ꝙ nō oparatur ultra niſi ī his ſine qbus uolū
tas ſuū effectū non hēret.j.ꝺ ꝓcur.l.ad rem mobilē.⁊.l.
ad legatum ꝺ acqui.hēdi.l.illud. Itē opponitur.C.ꝺ
li.cā.non mutat.ubi dr̄ ꝙ dignitas ⁊ honores ciuiles nō
liberant a pōtate dñica.ſo.cōcedo ⁊ idē dico ꝙ ille bar
barius nō fuit liber ſꝫ ſolum in qī poſſeſſione libertatis
⁊ hoc uult litera ibi q̄diu latuit ⁊c̄.⁊ ibi ſꝫ ⁊ ſi ſciuiſſet
nam oīa que aīo complent̄ nō poſſunt ꝑfici ſine uera ⁊
certa ſciētia.ꝺ reg.iuris in tertū oīa facit ad hoc.C.ꝺ his
qui a non dño ma.l.ultima ꝺ fideicō.lib.generaliter. §.ſi
quis tutorē.⁊.j.ꝺ mili.te.l.neqꝫ.§.ſi ſeruū q: nō credit̄
princeps uelle alicui preiudicare.ꝺ auc.⁊ uſu palij.c.ex
tuarum. Item ꝙ nō fuerit liber facit.l.penul.de prepo.
ſacri cubi. Concludam⁹ ergo tres finales cōcluſiōes.
prima eſt ꝺ barbario ꝙ non fuit ꝑtor.ſecūda de actibus
exercitis ꝙ ualuerūt.tertia ꝙ barbarius fuit ſeru⁹ ergo
in ſe ipo barbarius nihil fuit.ſꝫ quo ad litigantes aliqd
fuit.et ſic cāu ⁊ fortūa popul⁹ roman⁹ fuit ſuus ⁊ ſub
ditus ſui.nempe fortuna in eī re dñatur.et ſi dicat̄ ꝙ
barbarius nō fuit liber.nec ꝑtor.ergo fuit index incōpe
tēs.qūo acta ualēt.R⁹.quo ad ſubditos index cōpetēs
eſſe uidet̄ ut.s.dixi.ſꝫ in ſe ipſo ſecus.ſicut ergo nō pōt
hēre dñium ita ñ poteſt habere iurīdcōnē.ar.de ſta.ho.q
furere.§.in uero hñtu. Modo reſtat querere an cō
munis error populi publica auctoritas ⁊ cōis utilitas
oīa illa tria eēntialiter requirūt̄ ad ualētiā actorum.⁊ uī
ꝙ ſufficiat ſupioris auctoritas cū qī poſſēe libertatis.ut
C.de ſen.ſi arbiter ecōtra uidet̄ ꝙ ꝑꝑ periculum multo
rum diſpenſet hec lex.⁊ ſi ſit finalis rō publica utilitas.
ecōtra uidet̄ ꝙ ſufficiat ſolus error cōis: q: facit ius ⁊
maxime ī iudice ordinario cui nihil pōt opponi ex quo
eſt in pacifica qī poſſēe iurīdictionis auctoritate ſupioris
ut no.inno.per hanc.l.de offi.dele.cum ſup.⁊ archy.viij.

q̃.iiij.nõne ubi oĩo uide.nã q̃i poſſeſſio nõ dꝫ eſſe ſteri
lis.pant ergo uſum quẽdam qui ẽ exercere ipſam iuriſ
dictionẽ ut no.inno.ꝺ reſti.ſpo.c.litteris.ſo.credo ꝙ pꝛeſ
ſuma rõ ſit error cõis ⁊ ſupioris auctoritas ut.d.l.ſi arbi
ter.nam ita dꝫ illa.l.intelligi.ꝙ ibi cõi errore.p libero ha
beatur.itẽ ibi interuenit ſupioris auctoritas.i.delegatio
ſupioris.⁊ ſi eſt illud in iuriſdictione delegata.que eſt ex
traordinaria ⁊ odioſa.ut.C.ꝺ dila.l.ſi qñ.multo magis ĩ
iuriſdictione ordinaria que eſt fauorabilis neceſſaria ⁊
ampliãda.ut.l.i.§.cũ urbem.ꝺ offõ pfec.urb. ⁊ per hoc
puto ꝙ ſi barbari⁹ nõ exercuiſſet niſi unicũ actũ ille uni
cus act⁹ ualeret ⁊ ꝺ equitate ita ualuit pmus quẽ fecit
ſicut ultimus. Ponam⁹ ꝙ deficit auctoritas ſupioris
an error cõmunis ſufficiat. exẽplum in eo qui diu .p no
tario geſſit cum nõ eſſet.an ualeant inſtr̃a. ſemper enim
falſum cõmiſit dum ſe in notariũ ſubſcripſit. ⁊ uĩ ꝙ non
ualeant ꝺ rigore.ſꝫ de equitate.ar.l.iiĩ.⁊.C.ꝺ teſta.l.i.
nam notari⁹ eſt teſtis approbat⁹.ut.l.hac cõſ.iuſſima.§.
ult.azo dicit ɔ̃triũ in cor.auĩ.de fide inſtru.ubi dicit nul
lo modo ualere ⁊ idem tenuit hic guil.ut.l.actuarios.C.
de nunc.⁊ actuar.nõ ob.hec.l.q: hic non erat aliqs de
fectus niſi ĩ pſona barbarij qui defect⁹ dr̃ defectus ma
terie.ſꝫ in qõe .ppoſita eſt defectus forme ideo eſt ſcri
bẽs fundinus falſus ut.j.de fal.l.cos.§. qui ſe.unde ſue
ſcripture non dꝫ credi.ꝺ.de eden.l.ſi qs ex argentarijs.
§.i.C.ꝺ proba.l.iubemus teneĩ tñ iſte ſcribens partib⁹
ad intereſſe ut.l.ultima.C.de ma.cõuc. Non ob.l.i.C.
de teſtamẽtis q: ibi in offõ teſtis.in quo nõ requiriĩ auc
toritas ſupioris ſꝫ tabellio nemo eſt niſi a ſupiore creaĩ.
no.inno.de fide iſtru.cũ.p.tabellio.nec iuuat poſſeſſio quia
in ea fuit mala fide uerſatus facit quod no.doc.C.de fi
de inſtru.ſi ſolẽnibus. Sed quid dices ꝺ uero iudice
qui tñ erat excõicatus occulte an teneat pceſſus ſuus:
uĩ ꝙ non ut no.i.l.i.C.de iuĩ ⁊ facti igno.in dc ɔ̃triũ
q: occulte excõicatus partibus obeſſe nõ dꝫ.ar.l.iiĩ.nã
ille excõicatus eſt uerus iudex ĩ ſe ipſo ergo multo for
tius ualent inchoata.ꝙ̃ ĩ barbario.facit quod no.innoc.
in.c.cõſului de pcur. Sꝫ quid dicemus in his que nõ
fiunt .p modum iuriſdictionis ut in ɔ̃tractibus.an de equita
te ualebunt facti ɔ̃tcus a minus legitimo plato ſicut ẽ in
truſus de facto nõ ualent.xij.q.ij.alienatiões.Si uo auc
toritate ſuperioris tñ illa auctoritas non ualuit.q: confir
matus erat excõicatus qui hẽtur pro mortuo. quo ad
ſpualia.ut no.inno.in.c.nihil eſt.tñ ſubdiſtingue aut ẽ ac
tus neceſſarius ⁊ ualet.ar.de minoꝛ.l.ait pꝛor .§.pnitti
tur.de .pcur.tutor.in fi.⁊ ar. huius.l. q: iuriſdictio eſt ne
ceſſaria ⁊ debita ſubditis impiri.ut in auĩ.de queſtore
.§.ſup hoc.aut eſt actus uoluntarius ⁊ tũc aut cõcernit.p
prietatem rerũ.aut fructus.primo caſu nõ ut ɔ̃tcus.ar.
C.de his qui pro tuto.l.ij.de iuĩ iurã.l.ius iurã.§.i .ſo
caſu nõ uꝫ ſi erat in poſſeſſione bõa fide.q: adminiſtratio
nem facti hẽt lꝫ non hẽat ius plenũ.ar.extra de elec.que
relam.ne prela.ui.ſu.in.c.ſi. Et hoc in prelatis ſecus in
tutoribus nõ legitimis qui nihil pñt.nec ĩ iudicio nec ex
tra in pzudiciũ dñi.ut.l.qui neqꝫ de re.cotũ.nam dñs in
cotũ adminiſtratiõe non ſuccedit.nec cogiĩ ratum hẽre.
ut.l.filie.de ſolu. Sed quid ꝺ ſerno religioſis qui au
fugit a clauſtro ut ſunt apoſtate an ſi papa ignorans .p
mouet eos ualeat .pmotio puta ad epatum .⁊ dic ꝙ nõ
ſunt epi.tñ ualent que faciunt ex quo a cõi errore pro
epis reputantur ut hic.Et iſte caſus frequẽter cõtinge
re pot.rõ aũt quare non eſt epe:eſt q: hoc ius non ca
dit in apoſtata ſꝫ in homicida in quo cadit hoc ius ipſo
iuĩ.Et ideo eſt uerus epe.inno.de cõceſ.pben.cuꝫ nr̃is
donec remoueaĩ.nam remouend⁹ eſt tanq̃ criminoſus
⁊ indignus.ſꝫ q̃diu non pũatur uerus prelatus eſt.nec
ob.de fideicõ.liber.cum uero.§.ſubuenit.q: ibi agiĩ de
pzudicio tertij:hic nõ.nã ibi ꝺ iuĩ tertij hic ꝺ iuĩ ſoli⁹ cõ
cedẽtis puta pape.ſimile ſi dolus dat cãꝫ ɔ̃tcui.⁊ ſequa
tur traditio dñij transferĩ dñium.j. de dolo eleganter.
Sꝫ qd ſi papa ex certa ſcientia tales .pmouet dico ꝙ diſ
penſare uideĩ.de re iudi.quidã ɔ̃ſulebat.⁊ no.in.l.ij.C.
de diuer.of.li.xij.inferiores aũt nõ diſpenſant niſi cã co
gnita.⁊ in caſibus pmiſſis.ut in.c.at ſi clerici.extra de iu
di.p her.⁊ per innoc.ꝙ non põt hõi pro legitima diſpen
ſatiõe factum temerariũ inferioris quod ẽ no. Sꝫ qd
de his que iſti prelati putatiui ordinant per mõm legis
condende ut in.c.aiaꝝ.§.ſtatuto.de cõſti.li.vj.an ualet.
breuiter cãus eſt hic ꝙ ſic tñ dicit inno.ꝙ lꝫ .pceſſ⁹ exer
citi per mõm iuriſdcõis inter ptes non ueniant caſſandi
ut hic.ſecus in legibus.q: ſunt quo ad futura dampnata
auctoritate ut no.innoc.de elec.nihil eſt.tam̃ illa caſſatio
non trahit effectum ſuũ retro. Cõclude ergo ex pre
dictis ꝙ quidam ſunt actus exerciti per mõm legis.qui
dã .p mõꝫ iuriſdcõis litigioſe .quidã .p mõꝫ cõuentionis
quidã .p mõꝫ liberatiõis.⁊ facit.j.de cõdictio.inde.l.ſi ur
bana.⁊.j.de pac.ſi tibi.§.cũ poſſeſſor. Sꝫ quid de ſen
tẽtijs ſpualibus iſtoꝝ epoꝝ putatiuoꝝ an ligat ⁊ uideĩ
ꝙ nõ.nã cũ deus ligat non ligat cõtra ueritatẽ.ar.j.de
cõdictio.ob cãꝫ.ſi pecuniã.§.ſi fuũ.unde in ſñia excõis
plus cõſideratur ueritas q̃ opy.ut no.archy.xj.q.iij.
ſñia paſtoralis.et credo cõtrariũ quo ad eccleſiã hũius
mũdi.q: hẽt adminiſtrationẽ iuriſdictionis ⁊ meri ⁊ mixti
impij tã in ciuilib⁹ q̃ in crĩalib⁹.etiã .p inquiſitionẽ ⁊ iu
dicis offm̃ ut hic.Et hoc ẽ uerꝝ in ſpualibus que fiũt ra
tione publice utilitatis ⁊ publici officij.ſecus in alijs ut
no.innoc.de cõſue.cũ dilectus.et no.archi.xj.q.i.Nos
in hoĩeꝫ.ubi oĩo uide per cũ. Sꝫ quid de actis notis
a minus iuſto pꝛelato uel ab eo qui poſtea remotus eſt
ab actu.an tenꝫ uideĩ ꝙ ſic.ar.eius ꝙ no.j.de iudi.nõ
idcirco.§.cũ poſtea.j.rẽ ra.hñi.l..pcuĩ.ad exhibẽdũ.§.fi.
contrarium facit.j.de ſolui.diſpẽſatori.ſi cer.pe.eius q.
de adminiſtraĩ.tu.uulgo.⁊.l.actor.rẽ ra.hẽri.dic ꝙ pꝛi
ma ps eſt uera in plãtis ex quo fuĩt in pacifica poſſeſſio
ne.ar.l.noſtre ⁊ de elec.querelã ſecũda ps eſſet uera ĩ
tutoribus ⁊ ſimplicib⁹ adminiſtratoribus.de quibus etiã
loquiĩ gl.que eſt.j. de pcuĩ.l.que oĩa.⁊ adde ꝙ no.dy.
in.c.i.in.viij.q.ubi ſentit ꝙ l.iſta hẽt locum in publicis
officijs auctoritate.⁊ utilitate.ſecus ſi utilitate priuata
uel priuata utilitate ⁊ auctoritate.ſm dy.⁊ offm̃ pꝛela
toꝝ cenſeĩ publicũ etiã utilitate.ar.ꝯ.de iuſticia ⁊ iure.
l.i.§.publicũ ius ĩ ſacris ſacerdotib⁹ ⁊c̃. Quid de no
tario ab offõ priuato an uetera inſtr̃a pficere ⁊ publica
re poterit.⁊ uideĩ ꝙ non.q: deficit in fide.in cõtrariũ
uideĩ q: fides illa ĩ pt̃ni extimatur.⁊ illa pars eſt uera
q: alij non dꝫ nocere ſñia lata cõtra notariũ.ꝺ infami.la
tius cũ ſy.⁊ facit quod no.inno. de hereticis.c. fraterni
tatis.Ex quo ei ſñia ãmotionis ſortitur ſuũ effectũ.ex
tunc ñ ualent ſcripture poſtea ĩchoate.ſꝫ uetera cõſuma
re põt.quia ſumunt uim retro.ar.ut cauſe poſt pu.adſit
tu.l.i. Sed quid ſi notarius non eſt adhuc damna
tus ſꝫ pendet pceſſus.an interim poteſt inſtrumẽta face
re ⁊ uideĩ ꝙ nõ.ut.C.de .pcuĩ.l.reũ criminis ar.de ex
cu.tu.diximus.q: idẽ opaĩ .pceſſus pendẽs.quod ſentẽ
tia de excep.l.fundũ.⁊.l.fundi.ad idẽ facit de li.cã.qui
de libertate.de ſolut.ꝙ ſi forte.§.i.de admi.tu. cyrogra
phis.§.pe.e.cõtra q: pendẽtia .pceſſus operatur idem ꝙ
ſñia abſolutoria.q: dubiũ ⁊ certũ paribus paſſib⁹ ambu
lant .p eo ſꝫ nõ operaĩ idem cõdemnatoria ex quo inte
rim eſt in poſſeſſione officij.uidetur ꝙ poſſit offm̃ exer
cere.niſi expſſe ſibi interdicatur.ut.l.moris.de pẽnis.⁊
.d.l.cyrographis.§.ultimo cũ ſy.ad idem facit qꝺ no.j.
de infa.l.furti.§.i.nã ⁊ miles antequã ſit exauctorat⁹ pro
milite eſt reputãd⁹ facit qꝺ no.j.de infa.l.ij.§.miles.⁊ ꝺ
edẽ.ſi quis ex argẽtarijs.§.i.p odoſ.ibi credo ꝙ hec pꝛo
ſit uerior.q: lꝫ ibi ad nouũ honoꝛeꝫ aſpirare nõ debeat.

tañ executiõ officij prioris non denegaᷣ.q2 eſt in qĩ poſ
ſeſſione cuius uſus interim ſibi cõpetit iure ꝓprio.nam
etiam interim notariꝰ ẽ.non ob.C. de ſuſpec.tuto.cũ.q2
offĩn tutoris eſt gr̃a alterius introductũ. ꝛ non intereſt
tutoris.ſecus in offõ tabellionis nam honor ẽ ſibi credi.
ꝛ ſua intereſt ꝛ ẽ officiũ publicũ auctoritate ꝛ utilitate.
Et facit q2 indubio cõſtitutus põt licite poſſidere. ꝛ uti
poſſeſſione õ opis no.nũc.ſi prius cũ ſy.ꝛ ſic interim ñ
auferuntur ſibi bona.ꝛ nõ dꝫ ei auferri offĩn nec ſtatus
ar.de ſta.ho.l.qui furere.nec fama.C.de infa. nullũ bo
neſtiꝰ tamẽ facit ſi interim abſtinet a nouis inſtr̃is ꝛymo
uideᷣ ꝙ ſit oĩo ꝓhibitus.ſicut ferre teſtimo.nũ.ut. ĩ.de
teſti.l.iij.§.lex iulia.ꝛ l.teſtimoniũ.la.ij.Et not.in.l.i. de
reis poſiti.li.xj.ubi dicas aliud in teſte ſimplici.aliud in
tabellione.nam iñfamis non põt eſſe teſtis.nĩ põt exerce
re tabellionatũ.niſi in offõ delinquerit ꝛ ſit ãmotus ab
eo.Ităẽ dictũ tabellionis ẽ magis autẽticum ꝙ dictũ te
ſtis.ut no.inſti.de inuti.ſtip.§.itẽ uerborũ.Itẽ quidã nõ
poſſunt eſſe teſtes ĩ iudicio ſꝫ in ꝯtractibus ſic.C.õ hereti
cis q̃ñ.non credo fidem totaliter anichillari. ſꝫ diminui
ſi poſtea culpabilis iudicetur. Quid ſi papa trãſtulit
epiſcopum õ uno ep̃atu ad aliũ ep̃atũ ille ignorans tñ
ꝙ primus ep̃s aliqua geſſit. queriᷣ an ualeant ꝛ uideᷣ
ꝙ ſic q2 papa nõ uideᷣ executionẽ officij adimere igno
ranti.de reſti.ſpo.audita.ex eo ꝙ ſit plene trãſlatus de
iurᷣ.ar.de offõ preſi.l.ſi forte ar.cõtra de manu.uindic.ſi
pater.ꝛ l.pater ex pũincia.ꝛ ar.ĩ.õ iudicijs.l.ij.§.i.ꝛ ibi
non requiriᷣ ſciẽtia.ſꝫ hic fauore iudiciorũ hic aũt eſſet
oppoſitũ.alia non obſtãt ꝛ iõ ualet iudiciũ q2 fecerũt li
tigãtes coram eo ꝛ q2 in legibus ꝯtrijs tractabaᷣ de lucꝰ
captãdo hic de dãno uitando. ſaltim de euitando dãno
expenſarũ factarũ in lite facit ꝙ no.ĩ.de ꝓcur. põp.§.
ſꝫ ꝛ his. Conclude tres caſus.qrꝫ quis nunꝙ fuit in
offõ de iurᷣ.ſꝫ de facto incolorata poſſeſſione:ꝛ loquitur
l.noſtra qrꝫ fuit õ iurᷣ ꝛ de fc̃õ:ñ erat ꝓuationi ſubiec
tus:ꝛ q2 dolo optinuerat offĩñ:ꝛ tũc ualeret interiꝫ ge
ſta:ꝛ quo ad ſcientes:q2 uere eſt talis pro quali ſe gerit
donec per ſuperiorem remoueaᷣ.Qrꝫ quis iã fuit in offõ
ſed hodie nõ eſt tũc non ualent:ſi quidẽ ſit per ſñiaꝫ am
motus nam ſi ĩ.l.nr̃a eſſet lata ſñia depoſitiõis ꝯ barba
riũ:ꝛ tũc geſta nõ ualerent.ut no.inno.õ accu.qualiter.
in glo.magna.ſi aũt abeſt ſibi adempta iur̃dcõ pp crĩmẽ
ipſius adhuc acta tolleranᷣ iõ reſti.ſpo.audita:de hoc tã
gitur.ĩ.ſi cer.pe.l.etꝰ qui in ꝓn.ꝛ facit quod no.ĩ.õ ꝯdi.
inde.l.ſi non fortẽ.§.ſi filio lꝫ enim abſenti ꝛ ignoranti iu
riſdictio cõferatur ꝛ adimaᷣ tamẽ exercitiũ nõ cõfertur
nec adimitur ignoranti ut no.inno.ꝛ hoſti.extra õ reſti.
ſpol.ex cõqueſtione:ꝛ archi.ĩ.c.aij.õ ꝓcu.li.vi. Sꝫ quid
ſi uides ad l.ij.§.i.de iudi.in.ꝟ.ignorãs hẽt executionem
iuriſdcõis ꝓrogate.Rꝰ iurſdictio ꝓrogata ẽ eadẽ ĩ ſub
ſtantia cũ iuriſdcõe ꝓncipali.ꝛ iõ ſufficit ſciẽtia circa iurᷣ
dictionẽ ꝓncipalẽ lꝫ circa acceſſoria ñ ſit ſciẽtia.nã acre
ſcit ignoranti. Et facit ad ꝓdicta:ꝙ interdum quis ex
una pte ꝓcedit:ꝛ ex alia ꝓceſſus uꝫ:ut no.innoc.de pre
ſcrip.c.cum ex officijs:ſecus ſi in eo ex quo ꝓncipaliter
cõfertur iurſdictio erretur.ar.iudi.ſol.l.iij.§.ꝛ ſi quidẽ. õ
acqui.hꝛ.ſed ꝛ ſi de ſua. Sꝫ quid ſi ñ eſt ignorãtia cir
ca factũ ſuperioris:ſed circa qualitatẽ ſue ꝑſone labitur:
ut q2 credit ſe excõicatum:cũ ñ ſit an ualet ꝓceſſus cre
do ꝙ ſic:ꝛ cõdi.ꝛ de.matrĩ:q2 circa impedimẽta inſpi
citur ueritas ñ ſua opĩo ſingularis.ꝛ ẽ.ar.ĩ.õ iurᷣ ꝛ fac
ti igno.regula.§.qui ignorauit. Deĩde quero q̃ro col
ligitur hic:ꝙ error cõis facit iterũ ſi non interueniſſet
hic factum ſuperioris:ꝛ tũ error populi.ſed error totius
mundi non facit ius aliquod.ſo.eſſe habilẽ uel inhabileꝫ
in iuris diſpoſitione cõſiſtit.ĩ.de ꝓbaᷣ.ab ea parte. ſꝫ er
ror iuris cõis inhabilem habilitat. ergo ius facit.uel dic
ꝙ ius facit.i.facit ualere geſta.que alias non ualerent õ
iurᷣ. Sed opponitur ꝛ urᷣ ꝙ nõ ſolũ in facto cõi ꝛ ge
nerali:ſꝫ etiam in fcõ ꝯtu ſpeciali cõis error ius faciat
inter partes.ut.ĩ.ad mace.l.iij.C.ad macedo.ꝫenodorꝰ.
ſo.illud eſt ſpeale odio exceptionis macedoniani nam il
le qui credit cũ cui mutuat eẽ patrẽfami.nõ cõcedit ma
cedonianũ.Et iõ cõtemnendꝰ non ẽ nec dãnificandus
in amiſſione pecunie mutuate:q2 agit de dãno uitando
ubi error facti non nocet.ꝛ maxime error cõis.l.qñ ac
tio de peculio eſt ei queſita.niſi ſit lata ſñia q2 tũc error
ſingularis nocet.ſed error cõis in effectu nõ nocꝫ ut dic
ta.l.queſitũ.alias eſt.§.decri ĩ.l.noſtra appꝫ ꝙ opy.cõis
ꝓualet ueritati alibi uero nihil ualꝫ niſi cũ ueritate ꝯcur
rat.de acqui.heredi.cũ quidã.§.ꝙ diciᷣ alibi ueritas opi
nioni ꝑferᷣ.ĩ.de iniuſ.l.cũ qui.§.ſi.glo.ĩ.de hꝛ.inſti.he
rẽtius tyberinus dicit ꝙ ubi ignoramus certitudĩẽ uo
lũtas ueritatis eſt ꝑferẽda.inno.dicit ꝙ ueritas r̃gulari
ter eſt ꝑferẽda.fallit qrꝫ ut hic cũ ſy.inno.õ bigamis in
per.ſup illo generali nõ iſiſto. Deinde no.glo. ꝙ legi
time actum ex ſupueniẽti cãu nõ retractaᷣ.ꝛ colligitur
iſtud notabile.quo ad acta q2 legitime ꝓceſſerunt.non
quo ad factum barbarij.q2 non ꝓceſſit legitime.ſm ue
rum intellectũ nec poſſumus arguere in cõtrariũ ex lr̃a
cõditionali que dicit ſi ſciſſet.nam uerũ eſt ſi ſciſſeꝫ ſꝫ ꝓ
ſumiᷣ non creaturus eſſe.ſi ſciuiſſꝫ indignũ q2 ñ ꝑſumiᷣ
id factum eſſe.quod fieri ñ debuit. Venio ad ultimã
ꝑtẽ.diciᷣ hic ꝙ multo magis in imꝑatore.cõtra q2 ĩmo
pari rõe et pari poteſtate.ꝛ ſicut in natura pari unus
maior alio non eſt ſm auguſtinũ.ꝛ no.de manumiſſ.l.
apud cũ.ita nec hic.ꝑſeuꝫ q2 appꝰ ꝓceſſit.l.i.de cõſti.
prin.l.ij.§.nouiſſime de orgi.iurᷣ.ſo.uerꝫ eſt ex pte pote
ſtatis.ſꝫ ex parte cõſẽſus facilius ꝛ uerꝰ cõſentit unus
ꝙ̃ populus.facit quod no.innoc.in.c.grauẽ de ſen.exco.
Sꝫ op.ſi errat ꝓnceps errat unꝰ ꝛ ñ error cõis.ergo
multo minus dꝫ dicere.ñ multo magis.ſo.non attendiᷣ
hic error cõis reſpectu creantis. ſꝫ reſpectu ſubditoꝝ
ꝛ ſm hoc dicit multo magis ꝙ̃ ĩ populo.uel dic nouã
expoſitionẽ multo magis ꝙ̃ in barbario ut ſit ſenſus.ut
ſi barbarius fuiſſꝫ creatus impr.minꝰ noceret eius ſui
tus ꝙ̃ ꝑtor.q2 imꝑatori nihil opponi põt dũmõ ſit ca
tholicus ſicut ſunt alamani. qui ſunt optimi catholici ꝛ fi
deles .ſicut nec pape.expoſitores ergo loquũᷣ in impa
tore creãte ego etiã in imꝑatore creato. Ulꝰ iſta.l.
allegaᷣ ꝙ qs ꝑſumiᷣ dignus ex fama de hoc no.archi.
viij.q.ij. dulciſſimi.itẽ ꝑſumitur innocens ex fama.niſi
ſuo conatu ſũpſerit origĩẽ cõtra exiſtentiã ueritatis.de
adul.miles.§.penul.ꝛ illa que fama ſciuntur ꝑſumuntur
ab oĩbus ſciri.ut no.in.l.i.ff.de receptatoribus.hic ſit fi
nis.l.ꝓpter utilitatẽ.iſta rõ tangit ptes litigantes. ꝛ ibi
tñ.iſta rõ tangit effĩm.ꝛ cãm efficientẽ ꝛ ibi.ſꝫ ꝛ ſi alla rõ
tangit intentionẽ creantis cuius ſummũ imperiũ demõ
ſtratur qui põt diſpenſare õ offõ in ſtatu ſuturis ꝛ libe
rate.etiã gratias agimus deo oĩpotenti.q eſt bñdictus
in ſecula ſeculorum amen.
Reperta eſt hec lex per egregiũ atqꝫ periſſimum
utriuſqꝫ iuris doctorẽ excellẽtiſſimum dñm Baldum de
ꝑuſio ſub Anno.Mccclxvj.in ciuitate Peruſij .cuiꝰ ani
ma requieſcat in pace.

p **Retor**. No.differentiã inter cauſaꝫ ꝛ
cãm.ut inter pitantem ꝛ pñ
ta.ũ.ꝛ baptizantẽ ꝛ baptizatũ extra de iurᷣ
patro.c.per ueſtras in gl.

De officio prefecti uigilum rubrica.

a **Pud**. In textu ibi fuerãt no.ꝙ non co
gitur quis ſuccurrere ad ignẽ cũ
per hoc poſſit pecuniã.i. mercedẽ recipere.
ꝛ rõ eſt q2 nõ tenetur ſe ponere ĩ periculo.p

alio.ɀ facit ad no.ſ.de reg.iuris.l.culpa eſt.bal.

n **Um ſalutem**. No.ꝙ nullus dʒ magis publicam ſalutem tueri ꝗ ceſar ɀ nemo eſt ad illud habilis ɀ potens niſi ipſe. Et no.ar.cōtra donationem conſtantini.bal.

**Cognoſcit**. In tex.ibi ɀ q꜡ pleru͂qʒ.cū locus a cōiter accidētibus lʒ nō ſit neceſſarius tn̄ ſit ꝓbabilis.eſt ſequēdus. Apparet ꝙ indubio incendiū ortū i aliqua domo preſumiť culpa inhabitantiū ꝓceſſiſſe. Quid ergo ſi multi habitant in illa domo.ɀ nec pōt apparere culpa.exēplū locaui parteʒ inferiorē titio ſupiorem ſeio.deinde orto incēdio cū non appareat an ſit ortuʒ ꝑus in ſupiori an in inferiori pte tota domus cōbuſta eſt.queritur quis teneať ad emendaʒ damni ɀ uiď ꝙ neuter pp incertitudinē.nam Rizar.mal. diſputauit ſimilem qōem de ſtatuto padue dicēte ꝙ m[o] uitati teneantur de maleficijs cōmiſſis in ſuis uilis. ɀ in quadam uila apparet corpus cuiuſdā interfecti iacēs in terra non tn̄ apparet ꝙ maleficiū fuerit ibi ꝑpetratum. nā dicit.ꝑpter incertitudinē non teneri niſi ex coniecturis appareat ꝙ ibi fuerit ſcelus ꝑpetratum.q꜡ ut ibi conſueuerunt talia cōmitti uel ibi homicide cōuerſabantur. ſm rizar.maluntaʒ ei corpus mortuū teſtimoniū loci ꝓbet in quo.ſ.loco cedes fcā ſit ſm rizar.quod eſt uerum ɀ notabile.q꜡ locus ɀ tp̄s ex quibus pēdet accuſatio dʒ ꝓbari.ut.l.ꝑior docere ui.bo.rap.dʒ ei ꝓbatio cōcluderi ut no.in.l.non oīuʒ.ff.de legi.in ꝯrium uidetur q꜡ hic cōſtat de culpa.ſ.ꝙ culpa inhabitantiū naʒ.l.ita iudicat preſumēdo ut hic.cū aūt maleficiuʒ a pluribus dř cōmiſſuʒ ɀ perſona ē incerta.oēs tenentur.ut.l.iteʒ mella.§.ſi plures ad.l.acqui.nā de pena pecuniaria loquimur nō ď corporali.itē ꝓ hoc.ſ.ď his qui deie.uel.effu.l.ſi uero.§.ꝙ ſi ex mediano.ɀ.l.i.in fi.ꝑ quas.ll.dixerūt quidā cū quatuor hoīes eſſent ſub quodam portitu.ɀ uenicēs familia pōtatis ibi ſubtus bancum ad pedes eorū inuenit gladium ɀ neſciť quis deiecerit.ꝙ oēs cōdēnentur.tamē uno ſoluēte oēs liberenť.ſed i ꝯrium facit ꝙ no.ī.d.§.ſi plures ſm uſber. Iteʒ dixerūt ď maleficio cōmiſſo in cōfinio ꝙ utraqʒ uilla teneatur tn̄ una ſoluente alia liberetur.ſed q꜡ materia non ē ꝓpric hic.ideo aliter nūc nō determino.dico tamen ꝙ.§.ſi plures.non ob. q꜡ ibi conſtabat ď initio delicti.ſ.ꝙ oēs ꝑcuſſerant ſʒ non cōſtabat de fine delicti.i.ď morte.ſ.cuius ictu deceſſerit. hic aūt non cōſtabat ď principio nec de fine.Itē non ob.dictus.§.ꝙ ſi ex mediano.q꜡ ibi loquiť in qī maleficio quod facilius ꝓbitur.ɀ in cōtracto mitius agitur ut no.in.l.adeo.ſ.de iuř.om.iud. Quero nunquid incendiū ſit caſus fortuitus ɀ uideť ꝙ non.cū culpe annumereť.ut hic.in ꝯruʒ q꜡ qn̄ʒ accidit ſine culpa ſua.puta ſi trāſiens quidam immiſit ignē ut.l.ſi alius.§.eſt ɀ alia.ꝙ ui aut clam uel nō fuit dn̄s ſʒ ſeruus uel ancilla.ſ.ď peri.ɀ cōmo.rei uen.l. ſi uēdita.ſo.qn̄ʒ dř caſus fortuitus qn̄ʒ non.ſm facti uarietatē indubio tn̄ preſumitur culpa eius qui rem debuit cuſtodire ut hic.ɀ adde quod no.ī.l.ꝯtius.ď reg. iuř.

Item no.ꝙ furtum ꝑſumitur factū culpa cuſtodum .ſ.e.l.§.hoc fracture niſi eſſet factū in loco qui bn̄ cuſtodiri nō poterat uel tp̄e quo cuſtodiri nō poterat naʒ nūc ꝑ rerū naturam culpā abeſſe ꝓbatur.ɀ ideo in.d.§.tex. dicit cuſtodes punicēdos eſſe pleru͂qʒ qī dicat non ſemper ut.ſ.ꝙ ui aut clam.l.ſemp.§.hoc interdictū. nā non ē impoſſibile cuſtodib[9] iungēdū.ar.ſ.ď excu.tu.l.titius.§.ſi. nec eſt hō qui ſemp poſſit uigilare.ſ.ď ſerui.l.futures. a culpa tamen ꝓpria ſomnus non excuſat ut in.§.ſi fornicarius.Bald.

**Dit enim**. No.officiales cōis poſſe. ɀ ďbere portare arma.ɀ idem puto ď familia epī cū ipſe habeat īperium in ſua dioceſi.Bald.

i **Mperatores**. In tex.ibi flagellis.ar.ꝙ flagellatio uel fuſtigatio nō ſit meri imperij cum cōpetat pfecto uigilū q n̄ hʒ gladii pōtatē.ſʒ dic ꝗ ymo hʒ in quibuſdā ſʒ non ꝑ omnia ut.ff.e.l.§. cognoſcit.et ideo quotiēʒ pena corporalis que imponiť ut terminus pene eſt de mero impio q꜡ nō cōſiſtit in pecuniario cōmodo facit.ſ.ti.px.l.ſi quid erit.C.de ſpor.l.ij.in auť.ď defē.ciui.§.audiet col.iij[a].ſm ia.bu.penas aūt pecuniarias que n̄ cōtinēt publicationē bonoꝝ ſi redigiť ad inſtar ciuiliū pēaꝝ glo.n̄ pōit eſſe ſub mero impio.et ideo ſi papa retento ſibi ſolo mero impio in caſtro.cōcedit mihi ip̄ʒ oēs pene pecuniarie ad me ꝑtinebūt ɀ oēs mulcte.ɀ oīa bona pecuniaria mere ut no.ī.l.impiū ꝑ gl. ſ.de iuřdi.o.iudi.ſʒ ſi ueniret bonoꝝ publicatio eſt meri impij.q꜡ hoc arbitriū princeps nēi cōcedere niſi uerbis ſpecialib[9] cōſueuit ut.C.ne ſui iuſſu prin.l.i.li.viij[o].alij dīt oēs cās criminales eſſe ſub mero impio et ſic ille caſtelanus nihil cōſequereť de pēis fiſcalibus.ſʒ prima uerior.q꜡ redacte ſunt ad inſtar ciuiliū.et.ſ.arecentos aureos cōpetunt iuř magiſtat[9].Et ſic per ſimilitudinē magis ꝗ per ſpēʒ iuřdcōni accedūt.quod ē no.bal.

De officio proconſulis ɀ legati rubrica.

g **Loſa** dicit ꝙ ꝓcōſul ē ſpectabilis ſʒ nōnc ex ꝯſulib[9] eligiť ɀ oīs conſul ē illuſtris.ꝯ[o].rōe legationis eſt ſpectabilis ſʒ rōe cōſulatus eſt illuſtris.ſicut rex cicilie eſt rex reſpectu cicilie:ɀ comes ꝓuincie reſpectu ꝓuincie.ɀ dux apulie reſpectu diuerſaruʒ ciuitatū ſeu patriarum.ſm cy.ɀ guil.dici ēt pōt ꝙ ipſa principis pn̄tia cardinales pn̄tes illuſtrat.C.de ꝓpoſitis laborū.l.i.li.x. ſʒ oīs ordo accipiat ſplendoreʒ a principe tn̄ non equaliter reſplendet ille qui abeſt ſicut ille qui eſt in pn̄tia: ɀ ſic cardinales in curia ſunt digniores.ꝗ extra.

p **Roconſul**. No.ꝙ inſignia diſtāt ab auctoritate.ɀ ſic aliud eſt dignitas aliud ſunt inſignia dignitatis ſm uſberti.ſic.ſ.de poſtul.l.i.§. caſum bal.

Secūdo not.ꝙ qs pōt deferre inſignia ꝓprie dignitatis in quocu͂qʒ loco eť nō ſubiecto ɀ eſt rō q꜡ nēi nocet ɀ ſibi eſt honor.ut hic rō redditur i.l.ij.C.de prepo.ſacri cubicu.li.xij[o].ſm guil.pōtatē aūt nō exercet niſi in eo loco ubi eſt ſibi cōmiſſum quod dic ut.ſ.l.px.

o **Mnes proconſules**.

Ordinari[9] pōt exercere iuřdcōem uolūtariā extra territoriū.ſʒ nō cōtētioſam ſʒ locum tenēs ordinarij nō pōt exercere extra territoriū aliquā iuřdcōeʒ nec uolūtariā nec ꝯtētioſā.h.d.nobiliter ſm guil. de cu. In tex. ibi ꝓcōſulis ꝓuinciā adhuc n̄ ingreſſi idē ſi eſſet ingreſſus ɀ ille locum tenens eſſet extra ꝓuinciā. No.ergo.ar.ꝙ ep̄s extra ꝓuinciam pōt inſtituere pn̄tatū a patrono ad beneficiū.q꜡ eſt uolūtarie iuřdcōis. ſec[9] in uicar[9] epī ei hn̄te ſpeciale mandatū quod eſt no. q꜡ cōmiſſio facta ab inferiore a principe nunꝗ pōt exerceri extra territoriū cōmittentis. ſm bar.in.l.cunctos populos.C.de ſūma tri. Secūdo no.ꝙ ea que ꝓcedūt uoluntarie facilius expediunť ꝗ ea que ꝓcedūt ꝑ modū diſceptatiōis. 3[o] no.ar.ꝙ iuřdcō extra territoriū ꝓrogari non poſſit.alias nō eſſet hic dr̄ia rōe qualitatis iuřdcōis.ſʒ rōe cōſenſus ꝑtium.ſine quo uolūtaria iuriſdcō in ꝓprio actu n̄ eſt. Q[o] qī dicit uolūtaria.ꝯ[o]. q꜡ non reddiť inter inuitos ſʒ quo ad ip̄m iudicē ſi eſt intra territoriū eſt neceſſaria q꜡ puniť iudex qui eā non impendit.ut in auť.ut nulli iudices.§.ad hoc ꝑuenit.ſm guil.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

et in aut. de queſto. §. ſup hoc. Sʒ quero an iuriſdcō uolūtaria poſſit delegari. uideť ꝙ non. ut no. ĩ. de ꝓba. l. ab ea pte. cõtrariū eſt uerꝫ qꝫ cõpetit iuř magiſtrat⁹. g⁹ delegari poteſt ⁊ per hoc. ĩ. de manu. uin. l. apud. nō ob. hoc. l. qꝫ hic bene tenet delegatio. ſʒ non pōt exerceri extra territoriū delegātis. qꝫ lex non uult ſm gul. de cu. ⁊ adde de illo pūcto ꝙ no. archi. xx. v. di. c. plectis. Tertio quero cū uolūtaria iuriſdcō extra territoriū explicatur: ħ ſit ex ꝓpria natura. an ui ꝓrogationis. ꝙ⁹. ex ꝓpria natura inter ſubditos inter non ſubditos aūt diſtinguiť aut exerceť ſm ꝯſuetudinē loci. ⁊ illa non eſt ꝓrogatio. ſʒ eſt qꝫ inſpicimus locū. C. de eman. li. l. i. aut conſuetudo hoc non dictat. ⁊ tūc neceſſaria eſt ꝓrogatio. g⁹ ⁊ ſententia que eſt de ſubſtantia prorogationis. ⁊ pōt dici ꝙ illa eſt magis quo ad hūc actum ſubmiſſio ꝙ ꝓrogatio cum lis nō conteſtetur nec cõteſtari poſſit ĩ his que ſunt iuriſdictiōis uolūtarie: ⁊ facit. ĩ. de iuř. om. iu. l. eſt receptum. Sed opponiť ꝙ nō ſit neceſſaria ꝓrogatio. nam iuřdictio eſt publici iuris adeo ꝙ oēs hoīes de mūdo poſſunt eam implorare ut ĩ aūt. de queſto. §. ſup hoc. implorātibus ergo partib⁹ iudex tenetur ad hoc ex natura iuřdictionis. cuius imploratio ē publica oīum hominum ꝺ mundo ſicut ire ad flumē ꝓ aqua. ſo. iuřdictio hēt duo extrema unū ĩ iudice. ⁊ hoc hēt ſuos limites. aliud ĩ partibus. nō extremum qḋ eſt in iudice reſtringit extremū partiū. ⁊ ideo exēpluʒ de flumine nō eſt bonū exemplū.

Et no. ꝙ ſi non ſubiecto cõmittiť cā. lʒ cõmiſſio liceat cõmiſſarius non ꝓroget iuřdictionē cõmittentis. ĩ. ꝺ iuř. om. iu. l. cū qui. uel dic ꝙ uideť ꝓrogare ſtatim quod acceptat qꝫ deinceps compelli pōt. ar. ĩ. de arbi. l. ij. Bald.

**Obſeruare**· Officiales nō debēt eē ſubditis ĩ hoſpitijs onerosi. h. d. Et facit ꝙ preſes uiſitans prouinciam debet uiſitare ſuo ſumptu. nō ſumptib⁹ ſubditoꝝ. ſʒ aliter dīt canoniſte. ⁊ uide de cenſi. c. cū uenerabilis. Et no. ꝙ qñ bariſelli uadunt per comitatū cā purgandi ipm malis hoībus non debēt cõpellere ſubditos ꝙ hoſpitēť eos gratis. ſʒ mercede cõgrua recepta Et ſi ſunt hoſpitia publica non debent accedere ad priuata. tñ ſi gratioſe modica eſſenia offerūť a ſubditis poſſunt recipe. ĩ. e. ſolēt. §. fi. ⁊ C. de cõtracti. iudi. l. i. §. puicias ⁊ C. de defen. ciui. l. iiij. ſoli enim principi lʒ gratis hoſpitia extorquere. ⁊ non recipit niſi tertiā ꝑteʒ domus ut. C. de meta. l. ij. li⁹ xij⁹. ſm gul. Bal.

**Nemo**· Ex hoc. §. nata eſt cõſuetudo terraꝝ ꝙ pōtates ducant ſecū ſocios milites per quos nõnulla expediūt grauia. beruarij etiā hodie ſunt in uſu. qui uadāt pedes. licet maxime magīratus nō debeant de iure cōi hēre pedones. ſʒ milites. in hoc fundata eſt cõſuetudo ⁊ forma electionis pōtatis a qua pōtates nō pnt recedere. ar. C. de iuř fi. l. ſuper creandis. li. x. unde ſi non tenent familiā quā debēt ē eis ſallariuʒ ꝓrata defalcandū. ar. ĩ. de an. le. l. ſcio.

**Proficiſci autem**· No. ꝙ rectores ciuitatum non debēt ſecum ducere vxores. Et ſi ducūt teneť pro ipis. Ex hoc no. ꝙ pōtas teneť ꝓ oībus quos ſecū ducit etiam ſi nō ſint ꝓpoſiti alicui offō. ſed ꝑtextu officij dūi delinquāt ut ĩ aut. de iudi. §. ne autem col. vj. ſecus in alijs officialibus q non hnt iuřdictionē ĩ iudicādo. qḋ dic ut. ĩ. de pub. l. i. §. familie. ſi aūt delictū nō ſit cõe cum offō ut qꝫ beruarius facit homicidiū non teneť pōtas ꝓ eo extra de reſti. ſpo. cū ad ſedē. Et ad hoc adde ſm dy. ꝙ ſi familia poteſtatis uulnerat aliquē. ꝙ pōtas non tenetur ſoluere penā ſi criminaliter agať. ut hic no. ĩ gl. dy. ⁊ lʒ ſtatutum dicat ꝙ pt̄as pro ſua familia teneatur intelligiť ciuiliter nō criminaliter ꝑ illam glo. ſingularem. ſʒ de iuř cōi pōtas ꝓ tali delicto ñ tenetur. nec ciuiliter nec criminaliter. ſi eñi teneret non poſſet eſſe iudex de hoc crīe cuius ꝯtrium hētur. ĩ. de offō pſi. l. ſenatus conſulto. ⁊ ꝺ pen. l. ſi quis forte. §. ſi quos cõtū. ſcđm bart. ſi aūt delinquūt rōe officij teneť poteſtas ad intereſſe ptis leſe ex fcō ſue familie. ar. ĩ. fur. aduer. nau. l. i. §. ſerui in aut. ut diffe. iudi. §. ſi uñ ꝺ publi. l. i. §. familie ſecūdū dy. ⁊ ibi tenet bar. ꝙ officialis exhibēdo familiam non teneť

Sed quid ſi ſtatutum dicit ꝙ pōtas teneať repñtare tpe ſindicatus oēs ſuos officiales ⁊ unus fecit furtum ⁊ aufugit. R⁹. uidetur ꝙ pōtas non teneať ad ſibi impoſſibile. ar. de execu. tu. l. titius. §. fi. qꝫ caſus fortuitus bone fidei uno obeſſe non dʒ. ar. de rei uen. l. ſi a bone fidei. cautius ē ꝙ ponātur in bāno. nā tunc uř ſtare ꝑ ipſaʒ rēpublicam cu⁹ auctoritate poſitus ē in banno. ne ſiſti poſſit. ĩ. ſi quis cautio. l. ⁊ ſi quis. Itē ſi eſſet captus ⁊ traditus cuſtodibus ⁊ aufugiſſet: ſi quidē cuſtodes eſſent de familia poteſtatis. uř teneri poteſtas qꝫ males poſuit cuſtodes. ſi aūt a re publica erant deputati nō teneť poteſtas ſʒ ipſi tñ cuſtodes puniūtur. ut. C. ꝺ cuſto. reorū l. ad cõmētarienſem. Sʒ quid ſi pt̄as expreſſe ſe obligat ad ſoluēdum oēm penam ciuilem ⁊ criālem pro familia ſua. ꝙ⁹. hoc ĩtelligitur de pena pecuniaria nō ꝺ pena corporali que ꝑ alium ꝓ alio ſolui non pōt. ar. ĩ. de ĩterrog. ac. l. qui ſeruū in pn. ⁊ quod no. xxiij. q. v. c. cū hō.

Et qꝫ hic cõgrue cadit tractať aliqua de ſindicatu officialium queramus de aliqbus qōibus. ꝑmo quero qui ſunt coꝝ iudices. ꝙ⁹. de iuř cōi eſt ꝑnceps. item prefectus ꝑtorio. itē is cui a ꝑfecto pretorio cõmittitur. itē epiſ ut. C. ut oēs tam ciuiles ꝙ mili. l. i. in fi. ⁊ in aut. ut iud. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. ubi ꝺ hoc. ſʒ de generali ꝯſuetudine ⁊ rõnabili. iuřdictio epī apud nos receſſit ab aula. item qꝫ iſtos ꝑfectos pretorio hodie ĩ italia non hēmus dʒ ſucceſſor ſindicare preceſſorē ſuum. nam finito offō pōt coram loci ordinario cõueniri. ĩ. ꝺ iudi. l. pars lītarum. i. corā eo qui hēt merū imperiū cū ſindicator hēre debeat gladij poteſtatem ut. d. §. neceſſitatem. ⁊ hoc tʒ io. an. in addi. ſpec. ĩ ti. de ſindico. hoc uerum niſi lex mūicipalis det formā ꝙ ſindicetur ꝑ alios bonos uiros. nā preter illos deputatos nullus pōt ſe intromitteř ar. no. in. l. ij. de execu. ⁊ apa. li. xij. niſi quatenus eſſet requiſitus a ſindicatoribus: nam unus officialis dʒ iuuare alium ſi ſit ad hoc requiſitus. ſicut milites teneňť iuuaň pōtatē in ſuo officio exequēdo de rei uen. l. qui reſtituere. Secūdo quero de quibus reb⁹ ſindiceť. R⁹. ꝺ cõmiſſis ꝑtextu officij. puta de ſētētijs m⁹ latis ⁊ de baratarijs ⁊ ſimilibus. ſin aūt delinquūt extra officium puta adulterādo. dicit gul. ꝙ hoc ñ ꝑtinʒ ad ſindicatores. ſʒ ꝓcediť cõtra eū tanꝙ cõtra quēlibʒ priuatū ibi delinquētem uſqʒ ad. xx. ānos. nō attenta meta nec ordine ſindicatus. iuxta. l. querellā. C. de fal. hoc no. gul. C. quoꝝ ap. nō re. l. nulli. all. ĩ. nau. cau. ſta. l. iij. §. penul. ſʒ iſtud eſt uerum de factis eꝝ. puta ſi cõuenit qꝫ ante ꝓmiſerat ibi ſoluere. de cõſti. pecu. l. cū qui. §. iul. ſʒ de eo quod factū eſt intra terminos loci ⁊ tpis officij. de toto dʒ ſindicari ut de furto. ⁊ de iniuria ut dicta. l. ut oēs tam ciuiles. ⁊ dicto. §. neceſſitatē. itē ſi finito officio delinquūt. ħ nō ptinet ad ſindicatores. ſʒ ad poťatē ar. ĩ. ꝙ cu⁹qʒ uni. l. itē eoꝝ. §. ſi decuriōes. v. ſʒ ſi. 3⁹ quero. ĩ. quod tpe ſindiceť. dicit. l. ꝙ. ĩ. l⁹. dies libelli querimoniaꝝ debent. ĩ. octo dies offerri. et oblato libello dʒ. ĩ. xx. dies expediri. ut no. ĩ. ad. l. iul. repe. l. ij. ſed depoſito officio ſm diſtinctionē no. ĩ. de iudi. l. ꝑs lītaꝝ. cū ſi ꝓceſſus non expediť ĩ. eos dies dʒ expediri poſtea. ut dicta. l. i. ut oēs tam ci. Et ſic no. ꝙ iſtud. ĩ. tēpus iubeť poſtea non ꝓhibetur. ⁊ in hoc ſic dicas aut tpe apponitur iuri ꝓponēdo ⁊ elapſo tpe legali non pōt ꝓponi. de execu. tu. l. ſcire opʒ. §. ꝯſť Et ideo ſi ſtatutum determinat certum tēpus ad querelandū cõtra ſindicandos poſtea querela ꝓpoſita ē ipſo

tur nulla.i. non teneſ rñdere.aut tēpus ſtatuitur iuri
īntentato ꝓſequēdo ⁊ probando.⁊ tunc non auditur po
ſtea niſi impedimēto probato.ſi aūt auditus.i.admiſſus
eſt uꝫ.q: pſumitur ꝙ ex aliqua cā eſt admiſſus.uel ꝙ
in culpa fuerit admittens .ſ.iudi.ſol.l. iam tamen .§.in
hac.aut tempus ſtatuitur iuri diffiniendo . ⁊ tunc ſi
non diffinitur pīt inſtantia.niſi lex ultra ꝓcedat ⁊ ſtatu
at ꝙ non pcat ut hic. Vel dic aut tēpus apponitur ꝑ
miſſiōi.⁊ tūc pmiſſū ad tpˢ pᵒ ea uř ꝓhibitū ⁊ ſic pit iſtā
tia ut.l.propādū i pri.C.ð iudi.aut tpˢ appōiř iuſſiōi.⁊
iuſſus ad tpˢ tunc ñ uř probibiᵗ poſtea tñ puniř de ꝯ
tēp:u.l.h enim cāu ñ eſt data meta et forma poēte et
iō nō excludit cā q: miſſio ꝓpĳe in pſonā dirigitur.naꝫ
inſtātia cū ſit res inanimata nō recepit legē pcepti.q: ni
hil impari pōt neſcienti.ſꝫ bene recipit tpis menſurā.ſi tpˢ
apponatur ut terminus inſtātie uel ut terminus litis.
⁊ ideo ſi ſtatutū eſt penale ꝙ loquř iudici ⁊ i pſonā iu
dicis dirigitur dicemus ꝙ apponat tpˢ pſone non liti.
⁊ ideo pᵒ tpˢ uꝫ ſñia q: durat adhuc inſtantia.pterea
niſi ſtatutū expſſe derogat iuri cōi iuri cōi ſtari ē ut i. c.
oberᵗᵒ ꝟ.ſhenuᵒ de feu.cog.col.x. Sꝫ nūqd iudex qui
iurat ſuare ſtatuta erit piurus ſi ñ determinat cām.ſ.
tēpus dicit ia.bu.ꝙ ſic in.l.ꝓperādū in prin.C.de iudi.
nam alia pena non excludit reatum piurij.ut.C.de tran
ſac.l.ſi quis maior:ſed ꝯ̄ uidetur q: pena ſpecialis dero
gat generali.ut.l.ſanctio legū.de penis.ergo ſufficit ſpe
cialis pena abſq; pēa piurij.ſed ad hoc rñdetur ꝙ per
iuriū non eſt ꝓprie pena ſꝫ eſt crimē ex quo ſequiř pēa
ueritas eſt ꝙ eſt piurus q: ē in dolo q: potuit ⁊ noluit
ſꝫ ceſſante dolo nō eſt periurus alias ſequeretur ꝙ ex
culpa quis fieret infamis qđ eſt falſum a pena tñ pecu
niaria non excuſatur niſi ꝓpter cām ꝓbabilem ⁊ neceſ
ſariam.de ꝟbo.ob.l.cōtinuus.§.illud adde qđ no.inno.ð
officio del.c.p.⁊.ſ. Sed oppōitur tu dicis ꝙ ſi ſtatu
tum loquitur cū iudice nō perit inſtātia.ſꝫ ſi loquitur cū
inſtantia.q: dicit ꝙ tñ duretur pit ꝯ̄ ꝙ quocūq; lo
quatur ſtatutū ſemꝑ inſtātia duret donec durat trieniuꝫ
in ciuili.uel bieniū in criminali.uel ſm cañ.in ꝓpemū.nā
lꝫ alias qñ unum diſponitur ð uno tpe uideatur econtra
in alio tpe ſtatutū ut.l.ſtatu liberū.§.ſi.de le.ij.tamē hoc
eſt colligendo argumentuꝫ a ꝯ̄rio ſenſu.quod non hēt lo
cum in ſtatutis.⁊ ſi hēt locū in alio caſu non hēt locum
hic.ubi eſt ꝯ̄ ius cōe.C.de cōd.inſer.l.ij.⁊ iō uidetur ꝙ
infra tpˢ pſixum a ſtatuto ꝓcedatur uigoř ſtatuti ⁊ eo
elapſo ceſſante ſtatuto procedetur ex diſpōe iuř cōis.⁊
hoc tñt quidam niſi expreſſe ſtatutum dicat ꝙ inſtātia
pereat uel ꝙ poſtea ꝓcedi nō poſſit.tñ q: precedens di
ſtinctio ꝓbabilior eſt.Rᵒ.ad ꝯ̄rium ꝙ iſtud non ē argu
mentū a ꝯ̄rio ſenſu ſed ex natura tēporis limitati.C.de
pſcrip.xxx.annorū.l.ſicut in fi.⁊.ſ.de pac.l.ſi unus.§.
i.de uul.ſubſti.l.ex fcō.§.itē quero.Itē ⁊ ſi eſſet a.a cō
trario ſenſu eſt hoc neceſſariū ex natura limitatoꝛꝫ uer
borū.⁊ ſic hꝫ locum i ſtatutis ꝙ uř eſſe tex.ſtatuti.ſ.de
teſta.l.q teſtō.§.mulier.C.ð fur.apud antiquos .alias li
mitatio tēporis nihil opareturꝛ quod eſſet abſurdū.ar.ſ.
de pac.l.epiſtola.§.fi.⁊ de poſtu.l.impatoꝛ ⁊.C.loca.l.ſi
cum hermes.⁊ interdū tēpᵒ apponitur cōmiſſioni ſeu iu
riſdictiōi ⁊ tūc aut ordinarie ⁊ pncipaliter expirat inſtan
tia ſimul cum iuriſdictione.aut delegate uel ſubordinarie
ut q: epˢ preſixit merā uicario ſuo tūc inſtantia non ex
pirat.ſꝫ iſte ſuperioꝛ ꝓcedit uel mandat ꝓcedi i ipſa.q:
quo ad eum cui cōmittitur iudicium ſoluiř non quo ad
ſuperiorē.ſ.de iudi.l.iudiciū ſoluitur.qđ dixi ð ordinaria
iuriſdictione itellige de temporali que de nouo creatur
⁊ non habet ſucceſſorem.ar.extra de preben.c.dilecto.ſi
enim habet ſucceſſorem tranſit ad ipſum.alias moritur
cum ſubiecto in quo eſt de le.iijᵒ.l.quod principi. cum.l.
ſe.⁊ facit quod not.in.l .tale pactum.§.fin.ſ. de pac.

Quarto quero an pōtas florentie poſſit de ibi cōmiſſis
in ꝓpria patria cōueniri.uel accuſari.⁊ uidetur ꝙ poſſit
rōe originis ⁊ domicilij. C.ubi de cri.agi.op;.l.i.itē eſt
glo.ordinaria.ſ. ad.l.iul. repe.in fi.magne.glo.in cōtra
riū uidetur multis rōibus.pmo q: eſt elapſus terminus
querelandi poſt quē qs non auditur de accu.l.tina.C.q
accu.non poſ.l.ſi ea extra qui.ma.accu.po.cū in ma ex
tra ð accu.c.lꝫ ⁊ quod no.C.ut nemo inuitus.l.i.itē q: iu
dex domicilij ⁊ originis ē preuentᵘ ſaltꝫ p generalē inqſi
tionē ꝙ faciunt ſindicatores.ſ.de iudi.l.ubi ceptum.C.
de aſſti.col.l.i.i fi.itē q: terminus abſoluit aliquē ſicut
ſñia.ſ.de iniuř.l.⁊ ſi unᵒ.§.ſi ati ⁊ ar.ad trebel.l.facta.§
ſi quis honoꝛ.itē q: eſt abſolutus ſup generali inqſitiōe
⁊ ex tali abſolutoria oritur exceptio rei iudicate ſuper
accuſatiōe.q: de eodē delicto nō debꝫ ſepiᵒ diſceptari.ſ.
nau.cau.l.lꝫ.§.fi.itē q: debꝫ cognoſci in loco ubi geſſit
offm nō alibi ut dicto.§.neceſſitate ⁊.C.ubi de cri.agi
op;.l.i.et uideř ꝙ ipſe pōt petere ſe remitti ad illū locū.
ſꝫ ibi ñ pōt ampliᵒ ſindicari.ergo ⁊c̄.et hoc credo uer.
ſi rōe officij cōueniatur.ſꝫ ſi ex delicto in quo nō preſidiř
nomē officij. ut in homicidio puto cōueniri poſſe.q: nihil
hēt cōe tale delictū cum rōe uiſicatiōis.ut ſic dixerim.⁊
in generali abſolutione nō ueniūt improuiſa.ar.ð trāſac.
l.acquiliana. Quinto quero nunquid ꝯ̄ pōtatem ſindi
candū poſſit formari inquiſitio generalis ⁊ uiř ꝙ non.q:
in inquiſiōe dꝫ apponi certus locus delicti. ⁊ certū tēpᵒ
ſicut in accuſatōe cū inquiſitoꝛ ſuccedat loco accuſatoris
itē iquiſitio uiř ꝓceſſus magis odioſus ꝙ̄ ſit ꝓceſſus ac
cuſationis.q: magis ē cōtra iuris ciuilis regulas.ſi ergo
locus dꝫ cōfinari in accuſatiōe ergo multo fortius i iqui
ſitione.ſ.de accu.l.libellorū ⁊ i generalibᵘ nō pōt poni lo
cus certus.ut i.c.abbate ð re iu.li.vi. ergo generalis in
quiſitio nō procedet.in ꝯ̄rium uidetur.nā cōtra omnem
officialē procedi pōt per inquiſitionē lꝫ damnati ex iqui
ſitiōe non ſint infames q: grauātur preter legē ideo pre
ter legē ſubleuanř ut.l.iij.§.pterea.ſ.ð ſuſpec.tu.itē i ge
nerali inquiſitiōe nō opꝫ ponere locū certum ut no.inſti.
de publi.iudi.in pri.ſed in ſpēali ſic ut no.ia.bu. inſti.de
act.in pn.ſo.pōt inquiri. Sexto queriř nūquid ex re
ceptis.i.ꝓbatis ſup inquiſitiōe generali poſſit ſequi ſñia
ſpēalis ſine alia inquiſitiōe.bar.dicit ꝙ nō.q: inquiſitio
generalis eſt potius facti ꝙ̄ iuris.uñ eſt ꝑparatoria nō
deciſoria.cū fiat ð omni delicto ut.ſ.ð offō pſi.l.cōgruit
tñ ſpēalis que ſubſequiř ñ fit ð oī delictoꝛ ſꝫ de eo tñ
de quo pōt inquiri.lꝫ ⁊ in hoc bar.dicat ꝯ̄rium.ſ.ꝙ ſpe
cialiter inquiri poſſit ð oī crīe ex quo ex receptis ſuper
inquiſitione generali iudex ē informatus ð delicto.quod
ñ credo uerum indiſtincte.ut in dicta.l.congruit dicam.
Quid ergo dicemus in queſtione illa.Rᵒ.conſidero
ſubtiliter ꝙ iudicia criminalia ad iſtar ciuiliū redigunř
.l.abrītē.ſ.de penis.et ſicut in ciuilibᵘ eſt dare generalē
actionē dño cōtra ſuū geſtorē ſic ⁊ rei publice cōtra ſuū
rectorē et ſicut ex ꝓbatis ſuper generali actiōe ſequitur
ſpēalis cōdēpᵒ.ita ⁊ ſup iquiſitiōe generali.ſꝫ aduerte
rectoꝛ ciuitatis teneř generali iudicio dño ſuo.i.uniuer
ſitati ſeu ciuitati.pticularibᵘ aūt quos leſit teneř ſingula
ri iudicio.qūo ergo ad publicā penā ꝓcedit efficaciter
inqſitio generalis.ſꝫ quo ad priuata cōmoda ñ ꝓcedit
niſi incidēter.hinc ē ꝙ ſi uerbi gratia condēneř de culpa
criminaliter eř ad rei reſtitutionē condēnabiř acceſſorie
ne fiſcus ſuoꝛ ſubditoꝛ cōmoda negligere uideař.ar.de
fur.l.interdū.§.qui furē ⁊.d.§.neceſſitatē ⁊ magis ē hoc
no.dignū in iquiſitione ꝙ̄ ubi ꝓcediř accuſādo cū iqui
ſitio ad ꝑuata iura ñ uideař extēdi ex̄ de iuř iurā.c.ad
noſtrā.p inno.⁊ de accu.cū oporteat.per eūdem lꝫ ergo
ſit ꝓbatū ꝙ ſit debitoꝛ meus tañ ſi hoc debitū nō deſcē
dit ex maleficio ñ pōt ſequi cōdemnatio.⁊ iō aſſeſſores
⁊ familiares pōtatis ſint cauti ꝙ petant ſua ſalaria:nꝫ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

generalis inquiſitio eis non p̄ſcitaretur q̄d tenē m̄xi.

Septimo querit̃ nūquid tp̄e ſindicatus offendēs po teſtatē uel ſuā familiā puniatur. ac ſi offendiſſet cuȝ tp̄e officij. et uidet̃ q̄ ſic. q: adhuc remanēt reliquie officij. i. apendices. ar. C. ut cāe poſt pub. adſit. u. l. i. quod ueruȝ credo ſi offenſus ſit rōe p̄t i offici. alias ſi ſtātūtum dicit ſi quis offenderit pōtatem intelligo p̄ſentē. non cuȝ qui quōdā fuit. ut. l. cui comm. §. ad ciuitates. j. ō poſtu.

Octauo querit̃ pōtas fecit capi quēdā inſignē latro nē. populus liberauit eū. poteſtas indignatus fecit cū mac tari. modo ſtatuto cauet̃ q̄ homicida foreſis puniat̃ ca pite. ſȝ ciuis in mille libris. querit̃ q̄pena ueniat puniēd⁹ R° pena ciuiū. q: ē caput ciuiū. et ideo dȝ eode priuile gio gaudere. quo ſui ciues gaudēt. ar. C. de teſto mili. l. q̄ cōſtitutū et q: ciuis ē donec in offō p̄manet. ut no. de roffino guaſco poteſtate bonone. C. de incolis. l. ciues li. x. Idem i familiaribus pōtatis q: gaudent p̄uilegio dn̄i ar. C. de epis et de. l. i. de iudi. l. non alias. §. i. Nono querit̃ nunquid ſi poteſtas i ſuo ſindicatu non repit fide iuſſores: debeat pſonaliter detineri. dico q̄ nō: ſed cōmitti iuratorie cautioni. niſi eſſȝ cā capitalis: ut. d. l. i. ut oēs tā ciuiles q̄ mili. Et inter maximas cās capitales ē bara taria. q: tūc tenet̃ etiē falſitat no. in. l. i. poſt p̄n. ad. l. cor. ō fal. aduerte tn̄ qui fecit iudici ſecuritatē indenitatis nō dicit̃ falſum cōmittere. ut. j. de fur. l. ſi quis uxori. §. ſi fu gitiuum. p bar. x° queritur nūquid accuſans officialē uel de eo cōquerens teneat̃ offerre libellū in ſcriptis: an ſufficiat ſimplex et uerbalis facti narratio: et dic ut no. C. de ſen. ex pi. re. aut. niſi breuiores. et d. §. neceſſitatem. et facit quod no. ij. q. iij. q: pſtulatus. et cum cā debeat ex pediri. j. xx. dies et ſic res ſit breuiſſimo tp̄e: pitura. nul le ſunt ferie ēt in honorē dei. ut. j. ō ferijs. l. ij. et. iij. an̄ lis dȝ conteſtari ſm glo. in. d. l. i. ut oēs tam ciuiles. in an̄ pe nul. glo. pū que dicit p cōteſtationē. quā gl. bene no. pro bationes aūt contra officiales debent eſſe euidētes cum p eis multum preſumat̃ ut. C. ō offō ciui. iudi. l. ſi quis

xj°. queritur nūquid ſit licitū poteſtatibus terrarū in terdum tranſgredi leges et ſtatuta et uidetur q̄ non cuȝ iurauerint ea obſeruare. de iuiuran. ueniētes. in ɔ̄riuȝ no. inno. de cōſti. c. i. et iō de hoc nō debent ſindicari. cum forte fecerint id p quod multorū ſalus p̄curatur. ar. C. de ferijs. l. penul. de iniuſto te. l. ſi quis filio. nam abſurdū eſt ſtatuta fcā p publica utilitate. cōtra publicā utilitatē interpretari. ar. j. de trāſac. l. cū hi. §. ea. Et no. q̄ licet ſit datū arbitrium pōtati non intelligitur datuȝ ſuper tp̄e inſtantie limitare. ut. l. ſi in lege. in p̄n. j. loca. p bart. ſed ſi occurrerit difficultas. uide cy. C. qui accu. nō poſ. l. i. i fi. C. de adul. l. fi. et ia. bu. C. de ſen. l. cū iudex. xij° queri tur pōtas. j. tp̄s appellandi miſit furem ad furcas: accu ſatur i ſindicatu. queritur an puniat̃ et uidetur q̄ ſic q: abſtulit ei legitimā defenſionem appellādi: ergo punitur ac ſi occidiſſet innocentē. ut. j. ad. l. iul. repe. l. lex iulia. §. hodie. in ɔ̄rium uidetur. j. ō appel. l. nō tm̄. ſo. ſi fecit hoc ex cāe q: erat cōfeſſus et liquebat de crīe nō punitur: q: morte rei ſnīa tranſit i rem iudicatā. ſecus ſi eſſet appel latum. C. ō appel. l. additos. et ita ſeruat cōſuetudo. pre terea iudices faciūt ipſos confiteri: ſup quo uide cy. C. quorū ap. non re. l. ii. et bar. in. d. l. nō tm̄ et glo. dicit q̄ cō feſſus ēt non audit̃ appellans niſi alleget cām. ſȝ certe in. d. l. non tm̄. erat cōfeſſus. et tn̄ recipitur appellatio cu iuſcumq; adeo q̄ non pōt renūciare capitaliter cōdemna tus appellationi facit q̄ no. j. ō pac. l. pactuȝ inter hēdē.

xiij°. queritur agitur cōtra poteſtatē qui fecit quēdā per unum cōſiteri: duo teſtes p̄bant q̄ ui. et x. teſtes dn̄t q̄ ſpōte. quero quib⁹ magis creditur: dicit inno. q̄ depo nentib⁹ de ui. q: deponūt de actu corporali et uiſibili: q: uiderūt tormētari. et alii deponunt de actu mētali p̄ſum pto et inuiſibili: qui eſt ſoli deo notus: extra ō renū. c. ſu

per hoc. p inno. et idem dico ſi inſtrȝ notarij dicit q̄ ſpō te nam reprobat̃ per duos teſtes quod eſt no. et adde q̄ no. bar. j. ō opis no. nū. l. pupillo. §. ſi quis ipſi. xiiij. queritur ſtatuto cauet̃ q̄ in ſindicatibus ipſis nō ſeruet̃ aliquis ordo. mō ſeruatus eſt ordo an ualeat p̄ceſſus. et uit̃ q̄ non. q: receſſum eſt a forma ſtatuti. dic ɔ̄rium. q: hoc ſtatutū nō prefixit formā ſed recedit a forma. i. non dat formam. ſed remittit et relaxat formam iuris cōmu nis. et ſeruare formam non nocet. dicit inno. extra de iu di. c. nouit. xv° quero utrū pōtas teneatur de alio q̄ de dolo. et quid ō ſuis aſſeſſoribus an teneat̃ de culpa aſſeſſorum. ſo. ut no. j. q̄ quiſq; iur. l. ij. xvi. queritur iudex inquiſiuit cōtra unū. tandē abſoluit eum. cōdēnat̃ in ſindicatu ad expenſas. querit̃ quid iuris. dic eum te neri ſi temere inquiſiuit. C. de execu. tu. l. ſeueriter et. C. ſūptus iniuti mune. l. i. ſecus ſi non temere q: p̄ſumit̃ p inquirente. ſi cōſtat de fama uel de idicijs. C. de offō rec. p̄ui. l. iuſtiſſimos. nec erubeſcere dȝ ſi id q̄ m⁹ inebo auit bn̄ finiuit. j. de iudi. l. deſtitiſſe. xvij°. q̄r an iudex qui n̄ uult audi. re allegatiōes uel probatiōes faciat litē ſuā. et dico q̄ ſic. j. de edē. l. argētari⁹. §. cū aūt. idē ſi nō admiſit exceptiōes iuridicas. C. de pac. l. ſi qs in cōſcri bēdo. xviij° queritur an familia poteſtatis poſſit pro eo in ſindicatu teſtificari et dico q̄ ſic. ſi qō nō tangit te ſtificantes. C. de repu. l. cōſēſu. §. ſup fui. nā in factis do meſticis non repellit̃ domeſtici teſtimoniū. extra ō teſti. c. ueniēs in fi. xviiij. querit̃ an refirmatus i offō debe at bis ſindicari. et dico q̄ ſic ſi ſūt duo officia ſecus uide tur ſi ē unū p̄rogatū. et tn̄ unicū ē tp̄s totū tōis reddēdē. ar. j. ad carbo. l. itēq;. Et no. q̄ non dicit̃ p̄rogatū. niſi ſit eiuſdē forme et nature. ut in. c. hi qui auctoritate de p̄ bē. li°. vj°. xx°. querit̃ an pendēte appellatiōe iudex qui tulit ſententiā iniquā poſſit cōueniri. et uidet̃ q̄ nō niſi ad ſumptus litis. ad hoc facit quod not. j. q̄ quiſq; iur. l. i. in. §. i. in glo. or. xxj°. querit̃ ſi ſentētia eſt nulla. an iudex faciat litē ſuam dic q̄ nō ex ſola p̄nūciatiōe. niſi acceſſiſſȝ executio facti. ut. l. penul. j. de ua. et extra ō di. cog. p bar. xxij° querit̃ an iudex ſoluens habeat regreſſum contra partem que lucrata eſt iniuſte dico q̄ nonnec etiam pōt petere ſibi cedi iura. C. de f. fugi. l. mancipia in glo. ordi. xxiij° queritur an iudex qui fe cit executionē iniurioſā faciat litē ſuā. R°. aut fecit cō tra iuſtitie effectuȝ aut cōtra iuſtitie modū. i. ordine p̄ter miſſo. primo cāu facit litē ſuā de pi. et cōmo. rei uē. l. lec tos emptos. ſecūdo cāu aut executiōe paſſo aliqd adeſt ut liberatio. et tūc executio nō debȝ retractari. l. fi. §. fi. j. q̄ me cā. iudex tn̄ tenet̃ iniuriaȝ ſi dolo fecit. aut executiō ne paſſo nihil adeſt tūc dȝ retractari quod factuȝ eſt de re iudi. ſi cū nulla. de eui. l. maior in prin. extra de accu. c. qualiter. et primo. j. de re iu. q̄ iuſſu extra de appel. cū ceſſante et. j. qui ſuti. ac. no. §. i. neceſſaria et facit q̄ iniu rioſa executio retractetur ſi qualitas facti patitur. de ad mi. rer. ad ciui. pti. l. i. §. graui. et extra de pigno. c. ex lit teris. j. de re iudi. l. a diuo pio. §. ſi ſup. C. ne ux. p mari. l. ob maritor. ibi et ideo retractat̃ q: uergit in iniuriā tertij. et fit hoc ſummarie. ut ibi pȝ. ſȝ nihilominus iudex facit litem ſuam in expenſis et damnis p̄tis iniuſte leſe facto iudicis. xxiiij° queritur ſi reuocat̃ tenuta q: da ta de bonis cuiuſdā tertij. an iudex qui dedit tenutā te neat̃ ad aliquid illi tertio dico q̄ nō primo q: de iur̃ uel de facto illius tertij iudici. ut iudici prius n̄ cōſtabat. ſo q: tenutā dedit ſaluo iur̃ tertij. et hac p̄teſtatione utūt̃ iudices per quā cōſtat q̄ ſnīa nō trahit ſe ad illū tertiū nec in eius detrimentum iſtam ergo reſeruationem ſemper ad cautelam facere dēbēt cū dant tenutas. xxv° que rit̃ datum ē arbitrium iudici p̄cedendi ſm equitatē. non attento iuris rigore. utrū per hec uerba poterit p̄cedet̃ ſūmarie et ō plano ita q̄ p̄ceſſus ſuus ſit iuridicus quo

ad pres.⁊ quo ad ipm iudicem.ut non faciat litem ſuã.
R°.hanc.q.mouet i ſimili ia.bu.C.ð iudi.l.pperandum
in pri.in noua lec.ubi ſic ait.no.ꝙ tractus inſtãtie hẽt or
dinem in ſe.q: eius ꝯtriũ.ſ.abreuiatio ẽ fauorabilis.

Et ẽ hic ar.ad.q.ð facto nam ſtatutū hẽmus ꝙ ſi ali
qua petitio porrigatur i ꝯſiudicium alteri⁹ ꝯbeat aduer
ſarius citari.⁊ iudex hẽat ꝓnũciare. an ſit equa uel ini
qua de equitate non ð iure.mõ quidam porrigebat peti
tionẽ ꝯtinebat ꝙ i cã quam hẽt cũ tali ꝓcedi poſſit ſum
marie.dicebatur ꝙ erat petitio iniqua.ſʒ certe per.l.pro
perandum uꝛ equa.nam ſi eius ꝯtriũ.ſ. protogatio eſt
odioſum ⁊ iniquum.ergo ⁊ abreuiatio eſt equa ⁊ fauo
rabilis.ſed hoc uerũ qñ non peteretur nimis breue tps.
q: omne nimium eſt odioſum.lex enim uult ut plene co
gnoſcaſ.ut ueritas inueniatur.ut.C.ð iudi.l.iudices. C.
de appel.l.eos niſi i quibuſdam caſibus in quibus ſum
marie ꝓcediꝛ q: modicam leſionẽ cõtinent.ꝟ.ad trebel.
l.ille a quo.§.ſi de teſtõ ⁊ no.ð offõ cõſulis.l.nec quicꝙ
.§.ubi decretũ.iſta ſunt uerba ia.bu.notabilia ⁊ uera.Et
adde quod dicam in.d.l.nec quicꝙ.§.ſi. xxvi.quer̃
